Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift

valde desidero. Cum igitur iret ad stadium
ubi sancti martires erant certantes: vidit
eos inter tormenta positos: et quendam eorum
suspensum capite deorsum. et ignem sub-
tus eum stratum. alium ex triminata habe-
tem faciem. alium extensum in quattuor
lignis et diucius mactatum. alium ungu-
laceratum. alium manibus abscisis. alium
stipitem in collo eius infixum et exaltatum
in terra. alium ex adverso inclinatum et ret[ro]
manus et pedes habentem. et sic fustibus
a ministris cesum: et ita erat obscuritas
pessima. hiis qui videbant hec tormenta.
Magis autem erat videre diabolum victum.
servos autem christi fortiter certantes. Accedens
autem puer bonifacius cepit osculari sanctos
martires. ~~cum essent~~ cum essent in tor-
mentis pessimis. Omnes viri erant nu-
mero fere viginti. et clamans voce mag-
na dixit. Magnus est deus christianorum.
magnus deus sanctorum martirum. Obsecro vos fa-
muli christi intercedite pro me: ut ego dig-
nus efficiar consors vester in veniendo certans
adversus diabolum. Et concidens pedibus
sanctorum martirum amplectebatur vincula eorum
oscu- lans ea ac dicens. Certate athle-
te [illegible] et martires christi conculcate
diabolum. modicum perseverante. parvus
quidem labor. sed multa est requies.
Minor est tortura. sed ineffabilis est
sacietas. Super terram torquetur corpus a mini-
stris: in futuro autem seculo animas angelis
Aspiciens autem (ministrabit illis
simplicius iudex ad populum. et cum
contemplatus esset eum dixit. Quis est
ille qui de contemptu meo deorum cum iniuria
hec garrit: Applicet igitur ante tribunal
meum. Cumque adductus fuisset: iudex
dixit ad eum. Quis es tu ex dicito nobis:
qui con- tempsisti splendidissimum iudici-
um meum: Beatus bonifacius dixit. Ego
christianus sum: et dominum meum ihesum christum
habens contempno te: et auxilio dei mei
tribunal tuum. Iudex autem dixit ad eum.
Quod vocatum est nomen tuum: Beatus
bonifacius dixit. Dixi commune nomen
meum: bonifacius vocor. Iudex dixit ad
eum. Antequam tangam latera tua. acce-
dens sacrifica diis immortalibus? Beatus
bonifacius ait. Dixi tibi multociens quia
christianus sum. et non sacrifico demoniis.
neque nefandissimis idolis. Quod ergo
vis facere fac: et noli morari. etenim appo-
situm est tibi corpus meum. Cumque hec au-
diret iudex iratus est vehementer. et iussit
suspendi eum. et diucius ungulis corpus
eius radi. Intantum autem inserunt eum mi-
nistri diaboli. ita ut ossa eius appare-
rent. Beatus autem nichil responde- bonifacius
bat: sed habebat oculos suos attendentes
ad sanctos dei martires. Et iussit iudex le-
vari eum a terra. Transacto autem quasi
unius hore spacio: dixit iudex ad eum.
Miser. sacrifica diis immortalibus. et
miserere tibi metipsi. Beatus bonifacius
respondit ei dicens. Non erubescis
miserrime sepe dicendo mihi sacrifica mihi
nolenti audire decipitur tuis idolis:
Et cum iratus fuisset iudex. iussit ut
calamos acutarent. et eos infigi subun-
gula manuum eius. Cumque hoc fieret. a-
spiciens sanctus martir in celum. alacriter
Videns autem (dolores tol[erabat].
impiissimus iudex. eo quod minime
sensit tormenta: iussit aperire os eius:
et plumbum bulliens infundi ei. Sanctus
autem athleta christi bonifacius aspiciens
in celum. deprecatus est dominum dicens. Gracias
tibi ago domine ihesu christe fili dei. adesto mihi
in adiutorium famulo tuo. et alleva me